

G sententia Philosophi. 7. Phisf. tex. com. 20. ubi probat qd ad primam speciem qualitat non est per se motus, quia virtutes & scientia non acquiruntur per alterationem, & ratio men scientia in Deo est substantia, & ratio est quia scientia non uniuoce, sed a quo uoce dicitur de scientia nostra, & de scientia Dei, sicut scribit Commen. 1. 2. Metaphy. tex. 51. & in libro Destructioe, in disputatione sexta, in solutione. 5. & 18. dubii. accidens igitur non pro extraneo, sed ut distinguitur contra substantiam respectu unitus, non potest esse substantia respectu alterius, si eadem ratione utriusq; conueniat.

Accidentia solo numero differentia in eodem subiecto esse non possunt.

Prop. 5.

COLLIGITVR propositio ista ex intentione Philosophi in. 5. Primæ philosophiæ, in capitulo 11. loq. Eadem uero dicuntur } & est in tex. com. uacantibus, post tex. com. 1. 5. ubi Aristot. modos secundum quos alia quæ diuersa dicuntur, ponit quinque dicens, & quæcumq; in eadem substantia entia differentiam habent. Vera est propositio de accidentibus realibus eductis de potentia materiae per uerum motum, & transmutationem, quæ sit cum abiectione contrariæ: nam actio est merito contrarietatis. ex primo de Generatione, & corruptione, tex. com. 50. ideo Aristot. dixit in libro de Sensu, & sensato, quod ignis non agit inquantum ignis, sed inquantum calidus, quia ratione, quæ calidus contrarietatem habet. Ex primo etiam de Generatione, & corruptione. tex. com. 55. habitibus presentibus in materia nondum generatur aliquid: sed iam est, propter hoc agens inueniens subiectum informati aliqua forma, non potest consimilem eiusdem rationis introducere per uerum motum, & alterationem, quia non reperit illud sub forma contraria, talem autem contrarietatem est necessaria in tali actione. Fallit autem de accidentibus non eductis per ueram actionem, quæ est merito contrarietatis, sicut probatur argumento sensato de duabus candelis productibus in eodem medio duo lumina. Nam si fuerint tres candelæ accensæ in aliquo medio, posita tabula perforata tribus foraminibus causantur tres umbræ, quod non esset, nisi ibi essent tria lumina. Fallit etiam propositio in accidentibus spiritibus, quia in eodem intellectu possunt esse plures cognitiones numero differentes, aut saltem in eadem uirtute cogitata, ut inquit enim Philosophus ex pluribus sensibus fit memoria, & ex pluribus memoriis fit experimentum. ex præmio Metaphysicæ. Item in eodem medio possunt esse duæ species sensibiles eiusdem speciei.

Hic propositio uera est in accidentibus absolutis, fallit secundum aliquos in respectibus, quia in eodem possunt esse plures patentes. Ista autem dicta uera sunt apud tenent accidentia non distinguuntur ad distinctionem subiectorum, negant omnia prædicta unde Herueus in quolibetis, quoli. 7. q. 3. tenet duo accidentia solo numero differentia in eodem subiecto simul esse non posse, & ratio sua est, quia ut inquit in omni actione præter illud quod facit aliquid tale effectiue, oportet ponere aliquid intrinsecum quod sit tale formaliter, ita etiam præter illud quod facit aliqua esse distincta effectiue, oportet dare ex parte facti aliquid intrinsecum quo sint distincta formaliter. Vnde impossibile est à quoquam agente fieri duos homines specie differentes, quia non habent aliquid intrinsecum quo differant formaliter specie, secundum quod omnes. Sed duæ formæ numero non habent aliquid intrinsecum quo sint duæ: nisi uel quia sunt, uel quia natae sunt esse in diuersis subiectis, uel in diuersis temporibus in eodem successiue. ergo duæ formæ solo numero differentes non possunt esse simul in eodem subiecto. Maior uidetur plana, scilicet quod oportet ex parte formæ dare aliqua intrinsecum quibus formaliter distinguantur. Minorem probat, quia formæ non possunt distinguuntur, nisi uel per suas rationes formales, uel per hoc quod natae sunt esse in diuersis subiectis, uel diuer-

sis temporibus in eodem subiecto. Distinctio autem formarum per suas rationes formales, est distinctio specifica, ergo distinctio numeralis formarum, non potest intelligi, nisi si per hoc q; sunt, uel natae sunt esse in diuersis subiectis, uel in eodem in diuersis temporibus, & tunc talis forma ex hoc solo q; est talis habet quandam latitudinem non ad intentum & remissum, sed ad pluralitatem numeralem, excepta quantitate, quæ seipsa habet quandam latitudinem partium solo numero differentium. Et ita etiam tenet in quolibet libe. 3. q. 1. quæ querit utrum in compositis ex materia, & forma, materia sit principium indiuiduationis: articulo. 3. ubi mouet in. 4. dubio talem difficultatem, si unum quodq; per essentiam numeraliter distinguitur ab alio. quare duo accidentia solo numero differentia non possunt concurrere in eodem subiectum, recipiendo suam distinctionem. Et ad hoc respondet q; licet unaquæq; res non habeat distinctionem intrinsecam nisi suam essentiam: tamen istud principium in quibusdam non sufficit saltem naturaliter, sine aliis concurrentibus subiectiue, uel dispositiue. & ideo sicut impossibile est substantiam habere partes integrales sine quantitate, ita uidetur quod impossibile est accidens pluralificari in eodem subiecto, quantum à subiecto dependet, propter hoc, quod sibi deest illud, quod natum est ipsum pluralificare subiectiue. Et ista etiam est opinio beati Thomæ in. 5. Meta. lectione. 1. ad finem. Nobis autem prima opinio rationabilior apparet, nam ut inquit Commen. in. 7. Metaphy. com. 2. indiuiduum substantiæ præcedit indiuidua aliorum prædicamentorum, & per consequens in uno quoque prædicamento accidentium possunt imaginari duas formas indiuiduales, sicut in intrinsecis differentes, nec est uerum q; omnis distinctio formarum sit distinctio specifica, sed uerum est de formis quæ sunt quidditates. nam non est dubium q; Sortes, & Plato differunt ab inuicem per suas formas indiuiduales, & tamen non differunt specificè. Nec obstat quod dicitur distinctio accidentium non potest intelligi, nisi per hoc q; natae sunt esse in diuersis subiectis, uel in eodem subiecto in diuersis temporibus successiue, quia hoc contingit intellectui quando à posterioribus, & extrinsecus uenitur numerum, & distinctionem formarum, nam ut superius diximus, subiectum & habitudo, ac subiectum esse non est causa formalis entitatis ipsius accidentis, & unitatis eius. Sed extrinsecæ, & subiectum tantum.

Omnia natura constantium terminus est, & ratio magnitudinis, & augmenti.

PHILOSOPHI est propositio in propria forma in secundo de Anima in tex. cō. 4. ubi argumentatur contra Empedoclem ad probandum motum augmenti in corporibus non prouenire principaliter ab igne, sed ab ipsa anima. Ignis autem concurrat ut concausa, & instrumētum animæ, uel autem instrumentum non moueat nisi motum à principali agente, agit secundum quod est regulatum à forma cuius est instrumentū, terminatio autem rebus à forma profectiue, non à materia, nec ab instrumētō principaliter. Nō igitur ita tamen propositio quod natura constantia sint terminata per formam ad certam mensuram quantitatis, aut qualitatis, punctualem. Sed cum certa latitudine, quæ inter duo extrema uagatur sicut dicit optime Princeps de complexione humana. Nam experimento sensato cernimus nō omnia indiuidua eiusdem speciei esse eiusdem præcise quantitatis, nec eiusdem complexionis. dedit enim Deus, & natura unicuique indiuiduo propriam complexionem, in qua aliud indiuiduum communicare est impossibile, & imaginari debes quod est aliqua, tam magna quantitas ultra quam species humana non potest saluari, & alia tam parua ultra quæ humanitas non constat. Et ita intelligas etiam de qualitatibus & aliis dispositionibus, nam formæ naturales pro se, & suis operationibus non solum prædicto modo limitant sibi certum terminum ex parte dimensionem: uerum etiam ex parte aliarum qualitatum dispositionum, sicut testatur Commen. in pluribus

Op. Heruel naturalis in quoli. 7. q. 9.

Prop. 6.

ADD. Non est ista propositio in omnibus.

M. ter. Aristot. scilicet in intellectu. in materia. sicut quo hoc est in materia. philosophi. quæ arguit motum in materia. & ut dicitur in cō. 2. in. 2. q. 1. in. 2. q. 1. in. 2. q. 1. in. 2. q. 1.

Opio bit Thomæ. Cōpōbit prima q. 1.